

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Anima o
cum fonte primo

Anime desideranti Dominus festinus
occurrit celesti rore circumfusus.
Vnguentis optimis delibutus animam
recreat fatigatam, esurientem reficit,
aridam inpinguat terrenorum
oblitam sui ipsius immemorem.

Bernardus super Cantica.

- Dominus autem, cujus oculi super justos,
et aures ejus non solum ad preces,
sed ipsas preces eorum non exspectat donec
sermonem finierint, sed medium orationis
cursum interrumpens festinus ingerit se, et
← animae desideranti festinus
occurrit coelestis rore dulcedinis circumfusus,
unguentis optimis delibutus animam
fatigatam recreat, esurientem reficit,
aridam inpinguat, et facit eam terrenorum
oblivisci, memoria sui eam mirabiliter
fortificando, vivificando, et inebriando, ac
sobriam reddendo.

Auctor incertus (Bernardus
Claraevallensis/Guigo V. prior Carthusiae?),
Scala paradisi, 5 (PL 40, col.1000).